

Capitulum I

Incipit tractatus dubiorum ac difficultatum circa officium missae et ea quae ad debitam eiusdem celebrationem exiguntur frequenter occurrentium: iuxta sacrorum canonum constitutiones: phatorumque doctorum firmiores atque tutiores sententias: resolutorius.

Capitulum primum: De intentione collectoris: et materia tractanda: tractandorumque numero: distinctio atque ordine: duos continens articulos.

Arti. I. Premittens praefationem: intentum tractandaque exponente.

Prefatio.

Officium quanto maius et dignius est: tanto cum maiori cura: sollicitudine atque diligentia exercendum est. Grauius enim quis delinquit: si exequendo circa hoc negligentia: desectum: vel errorem aliquem admiserit. Inter omnia autem officia humane facultati commissa: non est aliquod maius: dignius aut difficilius: quam debita missarum celebratio. In qua sacramentum preciosissimi corporis et sanguinis Iesu christi redemptoris nostri consecratur: imolatur et sumitur. Sacro canone attestante: non modica inquit res est: unam missam facere. Et valde felix est: qui unam digne celebrare potest. Restat igitur ut nusquam cum grauiori periculo peccet: quam si in executione huius dignissimi officii negligentia vel error committatur. Eapropter ut sacerdotes simplices qui noticiam canonum non habent: neque se facile recursum ad superiores suos aut ad viros doctos habere possunt: melius cauere valeant ne circa maximum istud mysterium deficiant vel errent: Et ubi aliquod horum contigerit: debitis remediis emendare sciant: valde utile atque necessarium fore iudicauimus: ut circa hec oportuna eis tradatur instructio. Quod ut lucidius fiat: circa singula quae ad debitam missae celebrationem exiguntur: dubia frequentius occurrentia mouebuntur. Ex quorum resolu-

De. pfe. di. f.
c. Sufficit.

Capitulum

tionibus: cōgrua ipsis defectib⁹ et erroribus remedia
atq³ cautele poterūt adhiberi.

Arti. II Numerū: distinctionē ⁊ ordinem tractandorū: p^o dubij
resolutionē prenotans.

Dubiū I Ad p^onoticiā tractandorū p^omittitur hoc dubiū:
Quot et q^{uod} ad debitā ac ordiatā dignissimi sacra
menti eucharistie et missę celebrationē requirā^t.

I Minister siue sacerdos ad
celebrandū idoneus.

II Loc^{us} celebrādi cōueniēs.

III Tēpus celebrādi cōgruū.

IIII Materialia ad ornatū vel
p^ogruentiā celebrationis
oportuna: vt vestes: va
sa: ⁊ cetera huiusmodi.

V Ceremonie iⁿ dicēdis ⁊ agē
dis consuete.

Sol. Q^{uod} sūt nouē gene
ralia: ad q^{uod} oīa neces
saria reduci p^ot.

VI Materia ad p^osecrandū ap
ta: scz panis ⁊ vinum.

VII Forma p^osecrationis vtri
usq^{ue} debita.

VIII Noticia intēdis ac rōnis
eor^{um} que in missa dicunt^{ur}.

IX Intelligentia rationis ⁊ si
gnificationis eor^{um} que in
missa ⁊ circa eā agunt^{ur}.

Circa hec: que dubia ac difficultates sepi^{us} obuiunt
sacerdotib⁹ missas celebraturis aut celebrantib⁹: per
IX sequētia capitula elucidabitur.

Capitulū secundū: de dubijs oc
currentib⁹ circa ministrū siue p^osonā
ad celebrandum idoneam V inclu
dens articulos.

Arti. I. Sex dubia resoluēs circa ministrū celebraturū ratiōe
ordinis et officij sui executionis occurrētia.